



Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

Venetiis, 1579

Quibus sacratissimu[m] euch. sacrame[n]tu[m] sit dispensandu[m], &
quibus non c. 77

urn:nbn:de:hbz:466:1-40307

Qui impediuntur ad communicandum.

102

Conib[us] Eucharistie Sacramentum dispensan-

dum sit, et quibus non. Cap. 77.

Proto superius qualiter sacratissimum corpus Domini nostri Iesu Christi sit rite consecrandum: restat nunc dicendum quibus, et qualiter sit dispensandu[m]. Ubi pri-
mum notandum, quod sacerdos ex debito officij sui debet
suos parochianos et subditos diligenter verbo et exemplo infor-
mare, et inducere ad devotionem tanti, tamque salutiferi sacra-
menti. De celemiss. ca. Sane. Nam in immensitate tanti sacra-
menti oculus caligat rationis: Credere enim iubetur, discute-
re prohibetur: sed huiusmodi Ecclesia credit, eos ad creden-
tiam inducat: et quod ab ea deuiriare nec in vita nec in morte inten-
dant, ut accedat quod legitur. 2. q. 4. Duo ista. De here. ca. Ad
abolendam. et eo. tit. cap. super eo. lib. 6. Aduertendum est autem,
quod sacerdos propter periculum effusionis sanguinis Christi, non
communicat populum de sanguine ex calice. Sed hoc nihil re-
sist, quia in hostia consecrata est totus corpus, et totus sanguis,
anima et divinitas Christi: et similiter in calice, consecrato, san-
guine, est totus Christus, sicut in hostia, ut predictum est. Sa-
cerdos autem rationabiliter suscipit utrumque in missa: quia hoc
facit in memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi in qua
totus sanguis Christi fuit a corpore separatus, et in terra sparsus.

Coneuntur que impedient communicandum. Cap. 78.

Sacerdos igitur sacramenti corporis dispensaturus, debet
illud dare oibus Christi fidelibus, saltem semel in anno, post
quod ad annos discretionis peruerterint, tam masculis quam femi-
nis. De penit. et re. c. ois virtusq[ue]: nisi aliquid impedimentum occur-
rat. **C**ontra impedimenta autem sunt ista. **C**apitulo primo, ois hereticus,
schismatis, excommunicatus. 1. q. 1. c. Impunitur. Simoniacus, pu-
blicus scismaticus, et notorius peccator, vel, confessus, vel comit
etus, vel damnatus de cruce, ita quod nulla possit tergiueratione ce-
lari, non est coegerendus, si in talibus persevereret; quod hoc sacramen-
tum est penitentibus, et non perseverannibus in pectore. Nam ex ini-
stitutione ecclesie nullus debet coegeri, nisi prius perfiteatur c. ois:
de penit. et re. supra alleg. Tamen, quod sacerdos scit aliquem publicum
peccatum, non debet eum coegeri, nisi post de emendationis propo-
sito. Si autem sciverit peccatum subditi secretum, et ille in pascha petit;
colonem